UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Generosus

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…voluptas difficultatibus excita & incenſa, ſed multo maxime …bia & conditionis obliuio timorq; animi letifer, quo cum nil …ſit hominum vitæ, miror quid ita nil gratius. Non dico virtus …am ingens veſtro vili iudico ſed nec vita ipſa, nec ſalus, nec ſe…tas, non opes, non deniq; voluptates iiſdem vobis exiſtimato…s ſummum bonum. Cuncta hæc vni ceſſere ſuperbiæ. Hæc præ…cætera vos gemmarum cupidos fecit, quæ ſemper inutiles, ſæpe …oſæ ſunt, neceſſariæ vero nunquam. Hac hortante igitur effe…m eſt, vt occupati ſemper ac trepidi ſed exculti domos, menſas …lorum inſtar altarium habeatis aureas atque gemmatas, ho…pſæ purpureæ ac vitatæ auaritiæ, luxuriæque, ambitionis at…ſuperbiæ cultus expoſitæ, quæ in vos omnes ac ſingulæ ſæui…mas ſibi partes (vt dictum eſt.) vindicante ſuperbia. Aua…quippe quod nomen ſonat vtcunque fortaſſis auro contenta …eret: luxuria epulis & voluptatibus ſuis. Sola ſuperbia non …it quamdiu aliquid ſupra ſe videt, vt quæ ab initio rerum …par eſſe tentauit. Hæc eadem vos cogit laborioſe gemmas que…ndioſeque vel nectere vel cauere, vt prodeuntes ſedenteſque …, inque conuiuio, radiantes ac ſtellati cœlo ſemper inuidi…atis. Hac duce igitur (vt ad rem redeam) in habitaculo, & …ciboque & potu & rebus omnibus, quæ humanæ neceſſita…iucunditati inuentæ erant, ſpecioſum aliquod fulgidumque …lum miſcuiſtis, eoque creſcendo malum prodiit, vt ex gem…non modo iam pocula, ſed pelues, ac lebetes & mortaria & a…a conſpiciamus. Victrix plande ſuperbia: gemmea pocula re…bas, omne tibi ex eadem materia vaſorum genus tui offerunt …. Neque iam minus eſt commune gemmam hos in vſus, …in vſum frugum terram fodere, ſic conſuetudo facta eſt vo…, quæ luxuria maioribus veſtris fuit. G. Cryſtallinis poculis li…tur. R. Parco iam gemmis, concreta illas glacies excuſat, ne…quid plus vitro habens, æque enim frangitur & ſarciri nequit, …quod quæſitu difficilior & vel de longinquo veniens, vel quæ …quæ eſt inter alpium ſcopulos, rupeſque inuias, & algentes …ſ impendentibus eruenda: ob eamque rem carior, veſtraſ… cupiditates irritare potentior. Itaque Neronem legis infelici …rumore ceu damnis ex omnibus cryſtallinos duos calices, …ciſos, grauiſſime doluiſſe, ſeu quod aliter puto verior hiſto…habet, ita feruidum præcipiti & ætati ſuæ infenſum & …dentem, ne quis vnquam ex his biberet, manu propria …. En fortunæ durioris expiatio: nil inuentum, in quo gra…næ magiſter iracundiam exerceret, in cryſtallum ſæuit, …tunc ſibi deliciæ cariores. Excuſatio minorum. dicat ali… principem, ſed Neronem ſequi nemo bonus, optaue… Cryſtallinis gaudeo. R. Nec attendis quam caduca fragilis …tua ſit, ſed mos eſt veſter, naturæ propriæ ſimilia exopta… & imbecillitatis veſtræ firmum aliquid cui hæreret, & no… pars cœleſtis, altum aliquid quid ſpectaret, & optare, & …debuiſſet. Vtrique debilia atque ima quæritis. Bene autem … quod murrhina hodie lautitiis exceſſere. Veterum furor in… eadem illa victoria multa vobis intulit, ipſo de quo dixi… triumphante Pompeio, in Italia, inque vrbem Romam tranſ… Aſia ſemen inutile, ſed terræ creditum præfertili colo… impigris, itaque in breui auctum vſque adeo, vt murrhini …pretium ſeptuaginta videas talenta, caliciſque illius ab aman… cupide cōuulſum dentibus labrum, & miri amoris …em exitum, vt citratrix illa nobilitans vaſculum, & famæ …precii eſſet argumentum. Non igitur hac in parte luxuria, … ceditis ætati, neque ſuperbia minor eſt veſtra quam ma… Sed vtriuſque ſubducta materia eſt murrhinis non ſolum …deficientibus, ſed ignotis pro quibus noua luxuriæ ſpe…. Auellanæ radix ad pocula generoſum lignum, ipſum…bus honeſtandum, furor nunc præcipuus Galliarum. … hos in vſus nuper arbores aliæ peregrinis nominibus ad…, aliis atque aliis, ſed eadem vanitate, venientque nec …tatum modus, donec veſtris poculis murrhinorum … fit. In vno plane fateor auorum ceſſiſtis inſaniæ …ccinos nullo vſu, ſola ſed habendi libidine mirabantur, … delicias numerabant. Vnde & Nero ipſe non principum … hominum ſæuiſſimus male dilectæ & peius occiſæ con… crines hoc ſub nomine ceu titulum meditatus eximi…aſſe legitur carmine edito. Fuit namque (quod ſtupeas) … ingeniū amicum muſis, in quo illos quod aurei videren…ſuos dixit. O feroces atque inſauſtæ blanditiæ: deco… & laudatum caput calce impia ad inferos detrudendum. …ccinos & habetis & ſpernitis, aut certe modeſtius colitis …æſtimatis.

De Gemmarum ſignis. DIAL. XXXIX.

GAV.

…gnis gemma expreſſis mulceor. R. Acceſſit (non inficior) ad … decus quidam artis ornatus, & minutos in vultus, inque …um vſum gemmas ſculpi. Subtiliora quidem inter ingenii …numeratum, vbi & Amethyſtus inter lapides vel impreſſioni …, vel ſucceſſu propter (vt perhibent) & inter artifices primum ſibi Pyrgoteles ſumpſit nomen, eo quod vnus è cunctis ſui generis idoneus Alexandro viſus eſt ſculpendæ ſui oris imagini, qua poſt… modum diuus Auguſtus vſus eſt, cum gemma illa qua erat vti ſolitus in iocos hominum abiiſſet, vt ſphinx ænigmatica diceretur, ita vt præter exactionum difficultates, ipſa quoque ſigni perplexitas verecundiſſimo principi parere videretur inuidiam. Huic proximus vel ingenio, vel ætate Apollonides fuit & Eronius, poſt hos magni nominis in hac arte Dioſcorides fuit, cuius cum opes exprimeret, nomen ſiluiſſe Plinium miror. Hic eſt enim qui ipſius diui Auguſti ſculpſit effigiem, qua ad extremum & ipſe dum vixit, & poſt eum multi principum vſi ſunt, ea vel Cæſarei oris veneratio, vel admiratio fuit artificis. Et nunc ego tanto de gemmis habito ſermone, quas ſeu natura integras ſolidaſq; voluptatibus veſtris exhibet, ſeu ars cauat, quæro ex te quanto amplius delectare animum deberet ſine precio aut labore parabilis ſplendor æthereus? Imo ne is quidem, ſed qui huius & illius fons ac principium lucis eſt? Rutili Carbunculi, virides Smaragdi, ſereni Sapphiri, candidæ Margaritæ ſic alliciunt: nec ſolis fulgor, aut ſyderum, nec terræ viror aut arborum, nec ſerenitas, nec candor nitidus tangit Auroræ. Stupetis facies manu hominum gemmis inſculptas, nec artificis ſtupetis ingenium, imo vero neque illum veneramini, totque tam claris ad verum viis agnoſcitis, qui gemmas ipſas quique ingenium, qui manus, quique oculos fecit, quibus hæc cernerentur atque intelligerentur, & fierent. O ſemper vilium miratores rerum: ſemperque nobilium contemptores.

Genealogia.

¶ DEFINITIO.

GENEALOGIA eſt generationis ſeries Componiturque ἐκ τῆς γενεᾶς, id eſt generatione, & λόγου ſermone.

Hebr. *Iachas*: *Nehem.7.5.* à verbo *Iachas*, Recenſuit ſe per genealogiam, cenſuit familiam ſuam, numerauit ſe per originem generationis & proſapiæ.

¶ LOCI BIBLICI.

Genealogia, γενεαλογία: Genealogiæ non magnopere curandæ. 1.*Tim.*1.4.*Tit.*3.9.

Generatio, Græcis, γένησις & γενεά, pro hiſtorica rerum narratione, *Gen* 6.9. *&* 25.19. *&* 32.2. & ſic accipi debere hoc vocabulum manifeſtum eſt, quia hic titulus generatim ad totam hiſtoriam accommodatur, quæ poſtea ſubiungitur, vt ſit ſenſus: Hæc ſunt quæ acciderunt Noe, Iſaaco, &c. pro primo ortu & origine, *Gen.*2.4. pro generis ſupputatione & genealogia, 10.1. *&* 25.12. *&* 36.1. *Ruth.* 4. 18. pro vnius ſeculi, ſeu ætatis hominibus. *Gen.* 15. 16. *Hebr.* 3. 10. id eſt, progeniei vnius ætatis. *Matth.*11.16. *&* 23.36. pro ætate, 24.40. pro natiuitate, *Matth.*1.18. Generatio ſpiritualis, *Ioan.*1.13. 1. *Cor.*4.15.

Generandi vim indidit Deus omnibus quæ ſuper terram ſunt. *Gen.*1.11. *&* 5. *v.*1.7.

Generatio, pro duratione perpetua, *Eſai.*53. 8. *Act.* 8. 35. pro cognatione, *Gen.*31.3. pro genitura, *Ezech.*16.3. 1. *Tim.*2.15. pro gente & natione, *Matth.*12.39. *&c. Act.* 2.40. *Hebr.*3.10. pro genere. *Luc.* 16.8. *Hebr.*7.6. Generatio Dei, ſeu qui genitus eſt ex Deo, 1. *Ioan.*5.18.

Generoſus, Generoſitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

GEneroſus Græci εὐγενής έος, ὁ, ἡ, ita differt à nobili, quod nobile eſt, id quod ex bono prodiit genere: Generoſum, quod non à ſui natura degenerauit. *ſe. Ariſt. l.*1. *de Anim.*

Generoſus eſt præclaro genere natus, vnde generoſitas, hoc eſt, nobilitas, & generoſe, nobiliter.

Viri nobiles & generoſi vocantur ab Hebræis *Benè Chorim*, i. heroum filii. A voce Hebræa fluunt Græca & Latini ἥρωες & heroes, *Chorim* vero, heroes, illuſtres viri, nobiles, togati, ſeu toga candida vtentes, viri vultu ingenuo, illuſtri, candido ſiue heroico conſpicui, herus, dominus. In plurali numero hæc vox *Chorim* occurrit, non in ſingulari. A fortibus enim & heroibus alii heroes generantur. Columba parit aquilam.

¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Generoſitas ſita eſt in generis virtute, ne à natura deſciſcat. *Ariſt. Rhet.* 2.

Generoſum eſt, quod à ſua natura non degenerat. *Idem hiſt. Animal. cap.*1.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Generoſitas eſt virtus ingenui moris, facilitas animi ad dicenda pariter & agenda, *Speuſip. in Plat. defin.*

Generoſi hominis eſt, honeſtis rationibus victoriam quærere; turpibus, ne ſalutem quidem. *Plut. in Sertorio.*

Generoſos homines ſemper & vbique fortiter agere decet. *Procop. de Bello Vandal. lib. 2.*

Viri generoſi & fortes, vel ſi aliqua vna in re fortaſſe fallantur, vel vtcunq; ad vota aliquid ſibi minus ſucceſſerit, apud hoſtes exiſtimant ſuam authoritatem imminui. *Idem de bello Goth. lib. 1.*

Nobiles & fortes viri, antequam contumeliam patiantur, mortem ſibi anteponendam putant. *Xiphilin. in Cæſ. Auguſto.*

Turpe eſt, generoſum hominem ingenium in vilibus rebus oſtentare. *Niceph. Greg. hiſt. lib. 9.*

Eſt animi generoſi contemnere quæ vulgus hominum effutit. *Ph. Comminæus, lib. 2. de bello Neapol.*

¶ Apophthegmata.
De generoſe dictis.

Polydorus Alcamenis F. in eum qui non ceſſabat hoſtibus minitari: Non intelligis, inquit, te maximam vindictæ partem fruſtra conſumere? Nam qui cupit inimicum vlciſci, nihil aliud efficit minando, niſi vt præmonito inimico, ſibiipſi maiores ſtruat inſidias. *Plut. in Lacon.*

Aſtycratidas, poſtquam Agis ſuperatus eſt apud Megalopolin in prælio aduerſus Antigonum, cuidam dicenti. Quid nunc acturi eſtis Lacedæmonii? Macedonibuſne ſeruituri? Quid tandem inquit? num Antigonus vetare poteſt, quo minus in pugna pro patria mortem appetamus. *ibid.*

Agaſicles, cuidam dicenti, admirari ſeſe, quod cum diſcendi tam auidus eſſet, tamen non adiungeret ſibi Philophanem ſophiſtam, regali prorſus indole reſpondit: Eorum diſcipulus eſſe volo, quorum ſum & filius. ſignificans non minus intereſſe quos nactus ſis parentes, quam quos informatores & educatores adſciſcas. *ibid.*

Anonymus, Thebani cum debellatis ac fugatis apud Leuctra Lacedæmoniis, ad ipſum veniſſent Eurotam, & quidam gloriabundus dixiſſet: Vbi nunc ſunt Lacones? Spartanus ab illis captus, Non adſunt, inquit, alioqui vos huc non veniſſetis. Ne victus quidem & captiuus potuit indolis Laconicæ obliuiſci, Nec tulit viri iactantiam, *ibid.*

Ephori. Cum Lacedæmoniorum rex polliceretur ſe funditus euerſurum ciuitatem quandam, quæ ſæpenumero Lacedæmoniis negotium exhibuerat, non permiſerunt Ephori, dicentes: nequaquam abolebis iuuenum cotem. Vrbem infeſtam appellabant cotem iuuentutis, eo quod hoſtibus ipſa iuuentus acueretur ad bellandi peritiam. *ibid.*

Anonymus. Mos erat apud Lacedæmonios, vt rex hoſtes aggrederetur, præcedente quopiam geſtante coronam, qui in certamine victor aliquando tuliſſet coronam. Cum igitur Lacon quidam in Olympiis magnam pecuniæ vim reſpuiſſet, & coronam prætuliſſet cuidam dicenti: Quid emolumenti tibi adfert victoria? ridens reſpondit: Ante regem, inquit, coronatus incedens pugnabo cum hoſtibus. *ibid.*

Anonymus, apud Lacedæmonios duo pueri cum inter ſe pugnaſſent, & vnus alteri lethale vulnus inflixiſſet, puerorum ſodales ſaucium iam morientem conſolantur, ac pollicentur vltionem. At ille, Nequaquam, inquit, de vltione cogitandum eſt: quando quidem ego idem facturus eram, quod fecit ipſe, ſi potuiſſem, *ibid.*

Anonymus. Lacon quidam ſagitta percuſſus, cum animam ageret, dicebat: Non me mouet quod morior, ſed partim quod ab imbelli ſagittario, ac mulierculæ ſimili, partim quod nullo facinore edito morior. *Plut. in Lacon.*

¶ Similitudines.

Socratis. quemadmodum equus non generoſus vocatur ac iudicatur, qui inſtructus apparatu magnifico fuerit, ſed qui natura ſit egregius: Ita neq; vir bonus, qui dominus eſt præcioſæ ſtupellectilis, ſed qui animum generoſum poſſidet. *Apud Stob. ſerm. 1. de prudentia.*

Gentis atq; familiæ non minus quam arboris Generoſitas ex fructuum probitate cognoſcitur, & ex virtutis ſuæ merito diligitur. Quod quidem meritum, quo diutius in eadem ſtirpe per plures ætates transfunditur, eo certe precioſior atq; generoſior hæc haberi debet, atq; ſtemmatibus exornari ſplendidioribus. virtus enim honore, gloriaq; non minus in animo humano quam in agro plantarum fructus, cultu promouetur. *Steph. Vinand. in Hercul. Prodic.*

Gens. Gentes.

¶ Deinitio et Etymolog.

Gens Iſraelitica, in 12. tribus diſtincta, ſub Roboamo regnum Iudaicum & Iſraeliticum diuiſa tandem, Iudæorum gens & natio dicta eſt, *Luc. 7. 5. Ioan. 11. 48. & 18. 35. Acto. 10. 24. 26. 28. cap.*

Gens, electi Dei. *Pſalm. 33. 12. Eſ. 26. 2. 1 Petr. 2. 9.* [illegible]

Gens, natio, populus turba numeroſiſſima, in [illegible] viuens. *Gens. 15. 14. Pſ. 105. 13. Prou. 14. 34. Eſa. 2. 4.* [illegible] *Aabac. 1. 17. Luc. 21. 10. Act. 8. 9. 2 Cor. 11. 32.*

Gens hypocritæ, impii nebulones in populo Iud[illegible] *1. Eſa. 1. 4. & 10. 6. & 49. 7.*

Gens figuratè è ſumitur pro locuſtarum numero[illegible] nibus quæ fruges terræ conſumpſerunt. *Ioel, 1. 6.*

Gentes Synecdochicè, pro primis parentibus [illegible] gentium oppoſitarum. *Gen. 25. 23.*

Gentes, populi, præter Iudæos, extra fœdus [illegible] les, quorum magna pars ad ſalutis æternæ cognition[illegible] gelium, familia Dei per fidem in Chriſtum recepta [illegible] 10. 5. & 22. 18. *Pſal. 2. 8. Eſa. 2. 2. Act. 13. 47. Rom. 1. 5. 1. Cor.* [illegible] *Aoc. 11. 2. & 22. 2.*

Gentes, incolæ orbis, *Eſa. 40. 15. 17. Matth. 20. 25.* [illegible]

Gentes, Antichriſti mancipia, *Apoc. 13. 14. 16. 17. 18.* [illegible]

¶ Loci Biblici.

Gentes omnes in gloriam Dei creatæ, *Deut. 26.* [illegible] eiectæ è terra Chanaan, *7. v. 22.* cur ibidem relictæ, [illegible] ignorantiæ prætextu excuſandæ, *Rom. 2. v. 14.* Gentes [illegible] à Dei cultu & fœdere prorſus alienis, *1. Cor. 11. v. 2.* [illegible] *2. v. 11. 12.* Gentes legem non habentes (quod tamen [illegible] ter, ſed κατά τι eſt intelligendum, id eſt, habita Iudæ[illegible] quibus Deus ſingula Legis capita tradidit. *Exod.* [illegible] ſunt, faciunt, *Rom. 2. v. 14.* hoc eſt, honeſta iubent, [illegible] & puniunt,

Gentium abominationes fugiendæ, *Deut. 12.* [illegible] *v. 12.* Gentium conuerſatio ante Chriſtum cognitum [illegible] *1. Pet. 4. v. 3. Act. 14. 16.* Gentium conuerſio & vocat[illegible] *Gen. 9. 27. & 17. v. 5. 18. & 48. 10. Deut. 32. 21. 2. Sam.* [illegible] 18. 44. & 22. v. 29. 30. 31. & 72. 11. & 86. 9. & 87. 4. & 96. [illegible] *Eſa. 9. v. 1. 2.* & 11. 10. & 14. 1. & 42. 4. & 44. 5. & 49. [illegible] 52. 15. & 66. 12. *Ier. 3. 17* & 16. 19. *Oſea. 1. 10.* & 3. 23. *Ioel.* [illegible] 12. *Mich. 4. 2. Soph. 2. 11. Agg. 2. 8. Zach. 2. 11.* & 8. 11. [illegible] & 22. 9. & 28. 19. *Marc. 11. 17.* & 16. 15. *Luc. 2. v. 31. 32.* [illegible] 23. & & 24. 47. *Ioan. 10. 16.* & 11. 52. *Act. 1. 8.* & 2. 39. [illegible] 35. & 11. 20. & 13. 46. & 14. 27. & 15. v. 14. 17. & 17. 30. [illegible] 9. 10. 11. 21. *Gal. 3. 8* & 4. 23. *1. Tim. 2. v. 6. 7. 2. Tim.* [illegible] 10. *Apoc. 7. 9.* & 10. 11. & 14. 6. & 15. 4. & 21. 24.

Gentium vocatio arcanum quoddam fuit, *Eph.* [illegible] 25. *Col. 1. v. 26. 1. Tim. 2. 16.* allegorice ſignificata, *Matth.* [illegible] tium & Iudæorum coniunctio, *Zach. 8. 23. Am. 15.* [illegible] ctatio Chriſtus, *Gen. 49. 10. Eſa. 11. 10.* Gentium imbec[illegible]

Gentiles, ſiue gentes, ſiue Græci, pro Iudæis in [illegible] ſis, *Ioan. 7. 35. & 12. 20.* Gentium mores non imitand[illegible] *Ier. 10. 2.* Gens non gens dicuntur Moſi, *Deut. 32. 21.* [illegible] mnes profani populi: ſicut viuere non dicuntur, qu[illegible] plicius ſunt addicti, ſed mori.

¶ Similitudines.

Chryſoſtomi. quemadmodum ſupra dorſum [illegible] torum non ſtat ſarcina, niſi fortiter fuerit colligata [illegible] camelum autem ſine recolligatione etiam repanſ[illegible] bus ſarcinam tenet in ſe: aptus eſt enim ad pondera [illegible] in cæteris quidem peccatoribus non cognoſcentibus [illegible] ſtat ſarcina peccatorum in corde ipſorum, niſi cum m[illegible] tia & virtute: diabolus tenuit in corde ipſorum, alleg[illegible] ctationibus: ipſa enim cognitio Dei excutit à ſe pond[illegible] rum. In gentibus autem ſine labore Diabolus tenet [illegible] idololatria ipſa quaſi gibbus retinet in ſe vniuerſa pecc[illegible] enim ad baiulanda pondera peccatorum, *in c. 19. Matth.* [illegible]

Vt omnia animalia quamuis libenter terram a[illegible] tamen quando volunt, poſſunt tollere collum ad c[illegible] melus autem nunquam poteſt ſurſum tollere collum [illegible] depreſſus: Sic omnes peccatores libentius quidem [illegible] tamen quandocunque volunt, poſſunt conuertere ſe a[illegible] iuſtitiam: Gentes autem nullo modo poſſunt explica[illegible] uina conuertere, idololatria ſua curuati, & excæcati [illegible] *hom. 32.*

Sicut camelus neque deorſum recto collo aſpicere p[illegible] cætera animalia: neque ſurſum recto collo aſpicere [illegible] homo, ſed inter ſurſum & deorſum caput eius pend[illegible] Ita & Gentiles neque animalibus aſſimulantur ad p[illegible] hominibus ſimiles ſunt, propter humanum & ratio[illegible] lectum ſuum. Hominibus non ſunt ſimiles, quia [illegible] ſtia, ſed terrena ſemper attendunt. *In c. 19. Matth. hom.* [illegible]

Quemadmodum camelus nec ad plenum immun[illegible] plenum mundus. Mundus quidem eſt, quia rumi[illegible] immundus autem, quia non habet duas vngulas ſciſſ[illegible] tes, quoniam vacuæ ſunt, nec mundæ ad plenum. [illegible] dem fuerant, quia tractabant quæ Dei erant, id eſt, [illegible] & conuerſabantur rationabiliter pene ſecundum Deum [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN